

16.

pituita conclusa quieverint. Quies ergò habenda cãusa putredinis.

*Communiter* statuitur, quòd attracti humores vasa obstruant, dùm à naturã non gubernantur, & sic putrescant, **TRANSPIRATIONE PROHIBITA**, cùm corpus per cutim liberè non ventilatur.

Putredinem hanc à solã transpiratione prohibitã oriri affirmat, de quẽ eã prolixè disputat *Zacutus Lusitanus libr. 4. med. princip. quest. 11.*

*Sennertus* contrã meliorem meretur applausum, cùm *lib. 2. de febris cap. 1.* agnoscit quidem transpirationem prohibitam pro causã putredinis, longè frequentiori, eam tamen non solam esse causam putredinis, cùm & rerum putridarum occurus sine transpiratione prohibitã putredinem inducere queat.

## CAPUT VII

### causas chemicorum indagat.

**C**Himici tribus suis principiis systaticis utilibus innixi, quorum conjunctione omne constari corpus, omnemque uniri substantiam volunt, omnes humores rejiciunt, àque numero causarum morbificarum eliminare audent.

In febrium accensionibus  $\Delta$  accusant, quod, cùm in corpore humanò vel motu, vel rerum calidarum admixtione accendatur, incendia microcosmica parere, & præcipuè si in cordis propinquis vasis adoriatur, causum excitare valeat.

*Paracelsus tract. 1. de pestilente tom. 3.*  $\odot$  &  $\Delta$  accusat, & in febribus producendis pro primariã habet causã, indeque agnoscit spiritus illorum in corde hãc in febre accensos, febrimque propriè vocari dicit *morbum nitri sulphuris accensi.*

*Stephanus Rodericus à Castro* librò de origine putredinis in febribus, aliquam malignitatem, certissimum causi comitem, agnoscit, quæ pro verã causã immediatã & proximã haberi queat. Arbitratur insuper, semina quædam nobis esse insita heterogenea natureque inimica, quæ, cùm exaltentur ab aëris ambientis impro-

por.